



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 18. Jesuitarum caussa circa Scholas rursus coram Parisiensi Senatu
agitata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII.
A. C. 1611.

§. XVIII.

Jesuitarum caussa circa Scholas rursus coram Parisiensi Senatu agitata.

Juvenc. hist.
Soc. l. 12.
part. 5. p. 86.
Serres
Franc. Hist.
pag. 903.
Selva Hist.
tom. 2. l. 7.
pag. 287.

Integro ferme anno tota caussa de Jesuitarum scholis suspensa hærebat, quam tamen die nona Decembris Hardevillerius tum Academiæ Rector hoc anno rursus suscitaverat, querendi ansa inde quæsitâ, quod Jesuitæ, non expectata Judicum sententia, & lite nondum decisa, Scholam aperuerint, ac in suo Collegio circiter centum, & octoginta Convictores haud ignobiles in classes diviserint, eisque extraneos quosdam Magistros præfecerint. Videbatur hoc Rectori crimen esse, propter quod tanquam Regio mandato reluctantibus dies diceretur. Igitur ad diem decimum septimum ejusdem Mensis conveniunt Senatores ac Judices unacum tribus Academiæ Advocatis & Petro Martelerio, qui accusatoris partes sustinebat. Ex adversa parte aderant octo Jesuitæ unacum Montholonia Advocato, qui præter expectationem, quin prius de modo & ratione disceptandi cum Martelerio convenisset, ad agendas Societatis partes se vocatum querebatur, cui tamen responsum, fat

fat mirum videri, quod Jesuitæ, cum Sæc. XVII. A. C. 1611.
actores essent, ultro causæ cogniti-
onem & iudicium fugerent. Hinc præ-
termiſſis ambagibus primus Curia Præ-
ses enuntiabat, placere Senatui, ut
actioni initium fieret.

§. XIX.

*Academiae Parisiensis oppositio adver-
sus Jesuitarum scholas.*

Igitur juxta Curia placitum Academia Jæger Hist. Eccl. l. I. cap. 3.
Parisensis actionem instituit contra
Jesuitas, eosque ad instituendam Ju-
ventutem minime idoneos esse, coram
Senatu comprobavit, adductis hisce ra-
tionibus. Academiae, quæ olim om-
nium Princeps & Regina, totidemque
ingeniorum felicissima nutrix erat, ju-
gulum aperte jam petunt Jesuitæ, qui
toties moniti, ut ambitioni suæ termi-
nos ponerent, toties ab Aris focusque
Academicis depulsi, subinde tamen
rursus irrepere: Præterea in vulgus
spargunt, Academiam omniaque stu-
dia squallere, totumque Corpus fatali
morbo correptum, cui curando nec
Regem, nec Senatum, sed solam So-
cietatem parem esse jaçant: Constat
vero, laboranti Academiae eos medi-
cos esse quærendos, non qui vetera
omnia fastidiunt, nova affectant, qui
ut